

## Oratio.

DEUS regnum omnium, & Christiani maximè prote-  
ctor Imperii: da Servo tuo Imperatori nostro CAROLO  
unphum virtutis tuæ scienter excolere; ut, qui tua insti-  
tione est Princeps, tuo sit semper munere potens.

Mnipotens Sempiterne DEUS, in cuius manu sunt  
omnium potestates, & omnium jura regnum: re-  
ce in auxilium Christianorum; ut gentes Paganorum,  
et in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia con-  
tentur.

DEUS refugium nostrum & virtus, adesto piis Ecclesiæ  
tuæ precibus auctor ipse pietatis, & præsta: ut, quod  
eliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum  
strum.

## Secreta.

Uscipe, Domine, preces, & hostias Ecclesiæ tuæ pro salu-  
te famuli tui supplicantis: & in protectione fidelium po-  
litorum, antiqua brachii tui operare miracula; ut superatis  
acis inimicis, secura tibi serviat Christiana libertas.

Acrifidum, Domine, quod immolamus, intende: ut pro-  
pugnatores tuos ab omni eruas Paganorum nequitia, &  
tuæ protectionis securitate constituas.

A misericors DEUS: ut hæc salutaris oblatio, & à pro-  
priis nos reatibus indefinenter expediat, & ab omnibus  
ueatur adversis. Per Dominum nostrum.

## Postcommunio.

DEUS, qui ad prædicandum æterni Regis Evangelium,  
Romanum Imperium præparâsti: prætende famulo tuo  
Imperatori nostro CAROLO arma cœlestia; ut pax Ecclesia-  
rum nulla turbetur tempestate bellorum.

Protector noster aspice DEUS, & propugnatores tuos à  
Paganorum defende periculis: ut omni perturbatione  
submota, liberis tibi mentibus deserviant.

Sumpsimus, Domine, sacri dona mysterii, humiliter depre-  
cantes; ut, quæ in Tui commemorationem nos facere  
præcepisti, in nostræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui  
vivis & regnas.

**O**mnis. —

longiorum omnium. — **Q**ui si in extremo pote-  
tia habebit: quod si ad hunc statim dico CAROLO  
autem virtus tuis legienciae excusat: illi diuinus iusti-

te Punicos: qui sit exercitus militaris.

metus Semperne DEXUS: in calore maris sume

metus Semperne DEXUS: in calore maris sume